& hypaton & lychanoſ meſon · mobileſ ēē monſtrate ſunt · Quod ſi ruſuſ ab hipate meſon diateſſeron conſonan
tiam inchoemuſ · erit ſpecieſ diateſſeron ſtatutiſ uocibuſ terminata · G D · eaque eſt prima · id eſt ab hypate me
ſon in meſen ; reliquę minime · ut E H · et F I · Nam par hypate meſon & lychanoſ meſon & trite diezeugme
non non reperiuntur immobileſ · Rurſuſ ſi eandem diateſſeron parameſe ſuſcipiat ordinandam · erit quidem ſta
tutiſ coerceatur ſoniſ diateſſeron ſpecieſ · H L · id eſt a parameſe in netendiezeugmenon quę eſt prima · Nam
caeteraę quae ſunt · I M · & K N mobilibuſ terminantur ſoniſ · Nam trite diezeugmenon & paranete
diezeugmenon & trite hyperboleon mobileſ uoceſ ēē prediximuſ · Item diapente conſonantia duas tan
tum modo ſpecieſ tenet quae ſtatutiſ uocibuſ includuntur · Ut ſi ab hypate meſon ordiantur · una qui
dem eſt · A D H · id eſt ab hypate meſon in parameſen ; eaque eſt prima · Altera uero · G L · id eſt a meſe in netendie
zeugmenon haec uero eſt quarta · Reliquę uero id eſt · I I · F K minime ſtatutiſ uocibuſ clauſę ſunt · Nam
par hypate & lychane & trite · & paranete · inſtabileſ approbantur · Similiſ autem ratio erit
ſi a nete diezeugmenon in grauiorem partem id eſt ad meſen conſonantiae huiuſ ſpecieſ
conſiderentur · Eiſdem enim immobilibuſ uocibuſ quae ſuperiuſ dictę ſunt continebuntur ·
Siue autem ab hypate meſon ſeu a meſe ſeu a parameſe ſiue etiam a nete hyperboleon
conſonantiaſ ad grauiorem partem ducamuſ · duarum quae ſtatutiſ uocibuſ coerceantur
non poterit ēē diſtinctio · Diapaſon uero conſonantiae ſiue ab hypate hypaton in parameſen
ſiue a neten hyperboleon in meſon ordo ſumatur · treſ tantum modo ſpecieſ obtinebit
quae immobilibuſ uocibuſ coherceantur · Nam ab hypate hypaton ordientiboſ una eſt
A H · ea quae eſt prima · ab hypate hypaton in parameſen · altera · D I · eaque eſt quarta ·
ab hypate meſon in nete diezeugmenon · Dehinc G O · haec ſeptima eſt · id eſt a meſe in neten
hyperboleon · Reliquarum uero ſpecierum uoceſ extimae · nullo modo conſtitutę ſunt ·
Nam par hypate & lychane & trite & paranete ut ſupra quoque dictum eſt · non ſunt immobileſ
Similiter autem & per eaſdem uoceſ · ſi ab hyperboleon nete ordiamur · ſpecierum ordo contexitur
Quorum omnium intellegentiam ſubiecta deſcriptio faciet ēē notiorem

hic infra lineaſ ſtare ſequitur
cordo

Prima ſonat quartę reſonabit quinta ſecundę Tertia cū ſexta nomen habebit uiuſ.